Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



142 202

eternitatis. Nam finis illorum mors est. Nunc uo
lueram apto: seru autem facti deo: habetis fructu
um in sanctificacionem: finem uero in uitam eternam
Stipendia enim peccati mors: gracia autem dei uita eter
na: in xpo iesu domino nostro Gr. Venite filii audite
me timorem domini docebo uos V. Accedite ad eum et illumina
mini et facies uestre non confundentur Alla V. Eripe me
de inimicis meis deus meus et ab insurgentibus in me li
bera me. Qum turba multa Secdm marcum In
illo tempore cum iesus nec haberent quod manducaret.
Conuocatis discipulis ait illis Misereor super tur
bam: quia ecce iam triduo sustinent me nec
habent quod manducent Et si dimisero eos
ieiunos in domum suam: deficient in uia Qui
dam autem ex eis de longe uenerunt Et respon
derunt ei discipuli sui Unde istos poterit quis
hic satiare panibus in solitudine Et inter
rogauit eos Quot panes habetis Qui dixe
runt Septem Et precepit turbe discumbere super
terram Et accipiens septem panes gracias
agens: fregit et dabat discipulis suis ut ap
ponerent: et apposuerunt turbe Et habebant
pisciculos paucos: et ipos benedixit et iussit
apponi Et manducauerunt et saturati sunt
Et sustulerunt quod superauerat de fragmen
tis: septem sportas Erant autem qui manducaue
runt quasi quatuor milia: et dimisit eos Off.
Sicut in holocausto arietum et taurorum et sicut in milibus
agnorum pinguium sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo
hodie ut placeat tibi quia non est confusio credentibus in te
domine Sec. Oc
cus qui legalium differencias hosti